HRABANUS MAURUS
Österreich, 12. Jh.
Seite 282
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26054
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Hic incipit liber quartus.

Prevaricatus autem Moab in israel.
postquam mortuus est achab. cecidit quoque ochozias per
cancellos cenaculi sui quod habebat in samaria et egrotavit. misitque nuntios dicens ad eos. Ite consulite beelzebub
dm accaron. utrum vivere queam de infirmitate hac.
Angelus autem dni locutus est ad helyam thesbiten. Surge et ascen
de in occursum nuntiorum regis samarie. et dices ad eos. Numquid non
est deus in israel. ut eatis ad consulendum beelzebub dm accaron.
Quam ob rem hec dicit dns. De lectulo super quem ascendisti non descendes.
sed morte morieris. et rel. Mortuo quoque impiissimo rege
achab impius heres eius successit. filius utique eius ochozias. de quo
scriptura narrat. quod fecerit malum in conspectu dni. et ambula
verit in via patris sui et matris suae. et in via ieroboam filii na
bath qui peccare fecit israel. Seruiuit quoque baal et adorauit eum.
et irritauit dnm dm israel iuxta omnia quae fecerat pater eius. Sed non
diu prosperae egit. quia per cancellos cenaculi sui quem habebat in
samaria cecidit et egrotauit. misitque nuntios ad beelzebub
dm accaron ut consulerent eum utrum vivere possit de hac infirmi
tate. Cui cum helias nuntiis suis obuians. de morte vicina re
spondisset. misit ad eum quinquagenarium principem cum militibus sub
ditis ut eum adducerent. Sed in ignem celestem consumptus. rursum misit
alium quinquagenarium qui similiter cum suis combustus est. misit et tertium qui
reliquus est. Itaque rex iste populum iudeorum et maxime principes signifi
cat. qui peccatis et uitiis dedti uiritate a se repellebant. immo persequebant. Cum legitur in euangelio. Quia miserunt principes et
pharisei ministros ut apprehenderent ihm. Et rursum. Quaerebant
eum apprehendere. et nemo misit in illum manus. quia nondum venerat
hora eius. et fugit in monte solus orare. Et rursum cognouerunt ait.